



Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis
Leniendæ**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§.9. Quid, & quotuplex sit Satisfactio?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](#)

Est autem satisfactio actio, vel punitio criterium à nobis commissorum, vel sponte suis scepta, vel sacerdotis arbitrio, pro gravitate delicti imposta. Quæ utraque, ut qualis sit, intelligatur, sciendum est aliam satisfactionem esse perfectam, quæ sit ad absolutionem & perfectam æqualitatem, ut cùm 100. Philippæi, pro 100. redduntur; aliam imperfectam, quæ sit ad æqualitatem imperfectam, ut cùm quis pro 100. Philippæis satisficeri sibi patitur 50. Philippæis, quos alter solos habet. Nos Deo, in hac vita, numquam pro peccatis in eum admissis, atque iniuria illi irrogata ex æquo possumus satisfacere, nisi interueniente gratia, adeoque nec satisfactione perfecta, cùm offensa sit infinita (quia contra Deum infinitæ dignitatis) & Dei sit, quidquid Deo rependimus, omnia enim à Deo acceptimus. Satisfactio igitur nostra imperfecta est; quia Deus pro immensa sua in nos pietate, voluit, ut, si post baptismum denuo peccaremus, & pœnitentiam ageremus, & fructus dignos pœnitentiæ ageremus. Itaque peccata statuit, per contritionem & confessionem quoad culpam; quoad pœnam autem, per satisfactionem

pœna-

IX.

QVID, ET
QVOTY-
PLEX SIT
SATISFA-
CTIO?
Concil.
Trident,
sess 14.
C. 2.

181 Cap. VII. Rhemensium exemplo

poenalem esse expianda. Sunt autem satis-
 factoria opera generatim tria, ad quæ cete-
 ra omnia reuocantur, Oratio, ieiunium,
 eleemosyna. Per orationem bona animi
 Deo offerimus; per jejunium bona corpo-
 ris; per eleemosynam externa bona. Per
 ieiunium concupiscentia carnis, per ele-
 mosynam concupiscentia oculorum, seu
 auaritia; per orationem superbiam vitæ co-
 eretur. Vnde ad ieiunium reuocatur,
 quidquid carnem afflit, ut cilicia, cine-
 res, flagella, humicubatio. Ad eleemo-
 synam omnia opera misericordiæ corpo-
 ralia & spiritualia: Ad orationem omnes
 actus religionis, ut laudes, gratiarum
 actiones, dolor de peccatis, confessio, fidei
 professio, prout sunt opera poenalia &
 laboriosa; immò ipsum martyrium, quale
 Ioel, 2, 12, fuit Rhemensium. Hoc est, quod vult Pro-
 pheta dum ait: *Conuertimini ad me in toto
 corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in plan-
 etu. Non sufficit mores in melius commutare,*
 ait S. Augustinus, & à factis malis recedere,
 nisi etiam de ijs, quæ facta sunt, satisfiat Deo,
 per poenitentia dolorem, per humilitatis gemi-
 tum, per contriti cordis sacrificium, cooperan-
 tibus eleemosynis. Hæc talia opera satisfa-
 ctoria,

S. Augu-
 stini in
 hom. 50.
 hom. 15.

ctoria, quibus peccata à nobis commissa
puniuntur, juxta Concilium Tridentinum,
vel sacerdotis arbitrio pro grauitate delicti im-
posita sunt, *vel sponte suscipiuntur*: quæ ut
plena sint, hoc est, ut tollant omnem pœ-
nam temporalem, debent exequari graui-
tati peccatorum, iuxta illud: *Pro mensu-* Deut. 25.
ra peccati, erit & plagarum modus. 2.

Concil.
Trid. sess.
14. c. 9.

Quod ad ea attinet quæ à sacerdote im-
ponuntur, 1. difficile est, ut ea pro graui-
tate delicti imponantur. Quid enim, aut
quot non Infernos sæpe unus peccator me-
retur; quæ autem pœna sit Inferno pro-
portionata? 2. Olim sanè pro vno delicto
maximæ ac publicæ pœnitentia impone-
bantur; multorum annorum jejunia, pe-
regrinationes longinquæ, tota xenodo-
chia, tota monasteria iubebantur magna-
tes ædificare; quidam ad totam vitam in-
cludebantur in cœnobia. Sed nunc, vbi
plura ac maiora flagitia committuntur,
minores vix pœnas homines subeunt. 3.
Sunt itaque qui dicant, melius esse pœni-
tentem mittere ad Purgatorium, quam ad
Infernum; quare, ne pœnitentiam maio-
rem, quam omnino meritus esset, penitus
omittat si imponeretur, clemens Confessa-
rius,

X.
OPERA
SATISFA-
CTORIA
ET A SA-
CERDOTE,
ET SPON-
TE SUSCI-
PIENDA,